isrł saluus fiat · Quod ū dic̄ n̄ fornicaberis et n̄ eris uiro · hoc
ostendit qđ interim modo idolis n̄ seruiat · Nec tamen habeat dm̄
sed amatoribȝ et uiro spoliata sit · Et q̄ uirū non habet · non
uescit̄ modo cibo hominū id ē frumento · sed ordeo inrationabi
liū iumentorū · q̄ uidelicet spiritalē sensū uiuificantē n̄ capit
sed occidentē litterā sequit̄ · Quodq; addit̄ · Sed et ego expec
tabo te · Ad eos ptinet · qui expectantur ad hoc ut in fine sęcli
credentes recipiantur ad ā plexū xpi · Quando ex iudeis et gen
tibȝ fiet unus grex · unū habens pastorē · qui de se dic̄ · Ego sū pas
tor bonꝰ · Quia dies multos sedebunt filii isrł sine rege et si
ne principe et sine sacrificio et sine altari et sine ephot ·
et sine teraphim · Iudei haec omia ad lxx annos suę captiuitatis
referunt · Sed melius ē ut beatus · hieronimꝰ dic̄ de p̄senti tēpore
ut de ultima iudęorum conuersione intellegi quę dicunt̄ · Iam enim
in his uerbis ea quę superius dicta sunt intelleguntur · Quia dies mul
tos expectab me n̄ fornicaberis · Modo nāq; sedent · hoc ē habitant
iudei contracti · q̄ statūs rectitudinē amiser̄ · Et s̄t sine rege xpo qui
loquit̄ · Ego autē constitutus sū rex ab eo · Et sine principe id ē ipso
saluatore · t etiā pontifice et sacerdote de q° scriptū ē · Principem
populi tui n̄ maledices · Sunt etiā sine sacrificio et sine altari ·
quia perdito loco ubi templū et altare habebant · de q° eis in lege p̄
cipiebatur · In loco quē elegerit dns̄ immolabitis ei · et n̄ in omni
loco · Nequaquā legales uictimas offerunt · Et sine ephot · Ephot
p̄prie sup humerale uocat̄ · Sed hic p omni uestimento sacerdotali
accipitur · Aliquando autē et p lineis uestimentis · sic de samu
ele legim̄ · quia indutus ephot lineo · Teraphim p̄prie

appellantur figurae & simulacra· quę non possunt in p̄senti
duntaxat loco· cherubim & seraphim siue alia· quę in templo hor
namenta iussa se fieri dicere· Sed hic pro omni ornamento sacerdota
li positum nouerim'· Haec omnia postquam perdiderunt iudei· spiri
taliter nobis data sunt in ecclesia· Nos enim uerum regem & sacerdotem habem'
xp̄m qui est sacerdos in aeternum secundum ordinem melchisedech· Habem' sa
crificium uerum corporis & sanguinis dn̄i· habemus et ephot· hoc est ues
te innocentię & simplicitatis· facti ipsi sacerdotes & reges· iuxta quod
petrus dicit· Uos genus electum regale sacerdotium· gens sancta· Habemus &
teraphim· hoc est signum et memoriam dī expressam in cordibus nr̄is· iuxta quod
eidem decantam'· Signatum est super nos lumen uultus tui dn̄e· Et post haec
reuertentur filii isrl· & querent dn̄m dm̄ suum & dd regem suum· Post hęc·
idem postquam hęc omnia impleta fuerint· dum plenitudo gentium intrauerit·
reuertentur filii isrl· per p̄dicationem helię & enoch· & querent dn̄m dm̄
suum· & dd regem suum· id est patrem suum & filium eius· ihm xp̄m dn̄m nr̄m· unum
dm̄ corde ore & opere confitentes· Et pauebunt ad dn̄m & ad bo
num eius in nouissimo dierum· Sp̄m uidelicet scm̄· quem extra patrem
& filium· sed simul cum patre & filio unus est bonus ds̄· De quo dicit disci
pulis· Si uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uris· quanto
magis pater uester de caelo dabit sp̄m bonum petentibus se· Audite uer
bum dn̄i filii isrl· quia iudicium dn̄o cum habitatoribus terrae·
Haec uerba proprie ad eos pertinent· qui in aduentu filii dī sunt repti·
Licet & iuxta litteram eis possint aptari· qui tunc temporis in x· & du
abus tribubus commorabantur· quibus & propheta hęc loquitur· ostendens
non frustra iratum dn̄i gratiam comminari· & inferri supplicia quę
superius dicta sunt· ut scilicet essent sine rege ceterisque in quibus
catenus gloriati fuerant· Sed quia erant sine ueritate· & sine miseri
cordia· & sine sine scientia dī· & maledictum· et mendacium· et homici
dium· et cetera· multa mala inundauerant· Idcirco iusto iudicio
ab habitatoribus illius terrę· hęc omnia ablata· ipsique captiuitati
sunt traditi· augentes peccata peccatis & nouis uetera cumulan

tes. Ut autem diximus maxime ad eos referuntur. qui dominum in
carne uiderunt et audierunt. sed credere in eum noluerunt. siue ad eorum pos
teros. dicitur itaque eis. Audite uerbum domini filii israel. quia iudicium
domino cum habitatoribus terrae. hoc est cum iudeis. se per terrena desiderantibus.
Quibus contrarii sunt illi qui caelestes appellantur. qui se peregrinos et
aduenas in hac uita esse siderantes ad caelestia tendunt. Cum his
habitatoribus terrae iudicium agit. id est dampnationi aeternae eos tradi
permittit. Quare autem hoc faciat aperte subiungens. Non est
enim ueritas. Sed unus quisque cum proximo suo loquitur menda
cium. Ut non est ueritas quae ille qui de se dicit [illegible] ego sum ueritas. non habitat
in cordibus eorum. Et non est misericordia. quia subditos persecuntur. et
pupillo ac uiduae non miserentur. Unde etiam nec ipsi christo pepercerunt
sed uelut canes rapidissimi contra eum ora sua aperuerunt dicentes reus est
mortis. et crucifige crucifige eum. Et non est scientia dei in terra.
Hoc est fides et cognitio nominis dei non est in cordibus eorum qui terrena
solummodo sapiunt. Ut certe scientia id est sapientia dei patris.
quae de se dicit per salomonem. Ego sapientia habito in consilius et eruditis
intersum cogitationibus. et de quo apostolus. christum inquit dei uirtutem et dei
sapientiam. Non habitat in terra. hoc est non requiescit in illorum mentibus
qui ab eius fide sunt alieni. De quibus adhuc sequitur. Maledictum
et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inunda
uerunt et sanguis sanguinem tetigit. Maledictum pertinet ad eorum
conuicia et obprobria qui contra dominum tumebant dicentes demonium
habes et samaritanus es. et cetera talia. Mendacium ad hoc quod dixerunt.
Reus est mortis. et hic est uorator et potator uini. homicidium ad hoc
quod ipsum morti tradiderunt. et omnes prophetas. ipse eis inproperat dicens.
Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Ecce ego mitto ad uos prophe
tas et sapientes et scribas. et cetera usque sanguis iustus qui effusus est
super terram. Et beatus stephanus. Quem inquit prophetarum non sunt persecuti
patres uestri. et occiderunt eos qui prenunciabant de aduentu iusti. cuius
uos nunc proditores et homicidae fuistis. Furtum pertinet ad hoc

quod seipsos & filios suos dō furati sunt dicēs· Sanguis eius sup nos·
t quando ipsū xp̄m emerunt furtu triginta argenteis· Adulteriū
ad inmundiciā· t idolatriā· Haec omīa inmundiis inundauerant· i·
abundauer· f uerbū enī inundacionis magnitudinē scelerum
ostendit· Et sanguis sanguinē tetig· Sanguis sanguinē tangit·
cū homicidiū homicidio iungit· t cū peccatū peccato augetur·
Sanguinis enī nomine· peccatū designat· ut illud· Libera me de
sanguinib; Propt hoc lugebit tra· & infirmabitur ss
omis qui habitat in ea· in bestia agri & in uolucre cę
li· sed & pisces maris cgregabunt· Ppt hoc· q' p bonis ope
rib; inca superius dicta inundauer· lugebit tra; Terra lugere
uidetur· quando inculta remanet· sublatis habitatorib; & quę antea
suis pferebat fructus· incip uepres gerere & spinas· Ideoq; in hoc loco
desolatio decē tribuū exp̄mit cū dr· lugebit tra· Siue p tra ipsos iudeos
possum intellegere· tra quaerentes & terrena sapientes· Unde statī sequitur·
Et infirmabitur omis q' habitat in ea· Hoc ē qui p amore & desiderium ibi
manet· Cōphensionē ab hostib; luxerit & infirmatis· qm ea quę summo amo
re dilexerant in quib; gloriati fuerant amittebant· In bestia agri & in
uolucre cęli· Naturale est ut beat' ieronim' dic· ut sitia ab habitatorib;
suis fuerit derelicta bestię quoq; & aues ab ea deficiant· Altiori autē
sensu p bestias agri feroces homines & bestiali psos stoliditate· f uolu
cres u' supbos & elatos ac leues possum intellegere· quales erant ipsi
iudei de meritoz dignitate iactantes & alios despicientes· f pisces
maris· ipsi in cūeniente accipiunt· q' in pfunditate uicioz & in tene
bris peccatoz cūersabant· Siue p pisces philosophos mundi intellega
m'· in exquirendis rerū temporalium pfundis questionib; desudantes;
Pisces inquit maris cgregabunt· subd in morte· Unde & alia transla
tio habet· pisces maris deficient· Uerūtamē un' quisq; n̄ iudi ss
cet & n̄ arguatur· Puocauerit eos superius ad iudicium·
ut cognoscerent se ex ueritate iudicatos· et n̄ p potentiā dī oppsos·
sed ppt peccata p merita hostib; traditos· Uerūq' deteriores

effecti sunt tantę erant inprudentię . ut nec conuicti quidem uerecundi
am haberent . prophetas . iniustis iudicari in iustos et argui . quia indig
nis correptionem suscipere . Unusquisque inquit iustus non iudicet iniustum
et non arguat uir impius a pio . qui utique enormitate scelerum ipsi im
pii et iniusti permeruerunt . Populus enim tuus sicut hii qui contra
dicunt sacerdoti . Hic est sensus . Sicut plebicula inobediens est sa
cerdoti cuius non uult obsequi mandatis . et sicuti discipulus inobedi
ens magistro . sic populus tuus contradicit uerbis oris mei . Et ideo
non est dignus uel a propheta uel a quolibet redargui iusto . Et corrues ho
die . et corruet etiam propheta tecum . Superius ad prophetam
locutus est de populo . Nunc autem ad ipsum populum . x . uidelicet tribus
uertit sermonem dicens . Corrues hodie . id est in presenti tempore . uel
certe in aperta luce . et in omnium oculis duceris in captiuitatem .
Et corruet etiam propheta tecum . Duobus modis possumus hic prophetam in
tellegere . uel falsum uidelicet prophetam . quia equiuocum nomen est .
uel etiam prophetalem dignitatem quia . x . tribus post captiuitatem non leguntur
habuisse prophetam . Quando enim non sunt capte . x . tribus heliam prophetam
et heliseum . ceterosque filios prophetarum . qui prophetarunt in samaria
Et quidem . ii . tribus etiam in ipsa captiuitate . et post habuerunt prophetas .
Decem uero post quam translatę in medos . et in persas . nec nunc ha
buisse referuntur prophetam . ideoque eis dicitur . Corruet etiam propheta
tecum . id est dignitas prophetalis ante peribit . uel falsi prophetę qui uobis
id est falsa prophetare solebant . una uobiscum peribunt . Et nocte
feci tacere matrem tuam . Mater ipsa iudaica plebs . in gene
ralitate appellatur . Filii huius matris . uel singuli e populo . uel hi qui per
oppida uillasque erant dispersi . In nocte ergo id est in tenebris captiui
tatis et meroris et pressuris angustia feci tacere matrem tuam . quia
non est ausa dolere malum suum coram hostibus ; Conticuit populus
meus eo quod non habuerit scientiam . hoc est comprehensus ab hostibus ; si
lencio tabuit . non audens eis repugnare . Et redditur causa cur fac
tum sit ei . scilicet eo quod non habuerit scientiam legis dei .

& pcepta di n̄ seruauerit · ut illi seruirent · et idola cetera · Quia
enim prius a laudib; di os clauserat · iuste ad hanc deuenit miseri
am · ut nec malu suu inter hostes deflere auderet · Quia tu sci
entiā repulisti · repellā te ne sacerdotio fungaris mihi ·
Reppulit ipsa plebs scientiā · hoc ē dnī · quando stultissima mente
opus manuū suarū cepit adorare · factoremq; celi & terrȩ deserens
uitulos aureos uenerata ē · in dan & in bethel · ideoq; repulsa ē
ne eent extra sacerdotes in domo dnī · sed potius in delubris idolorū ·
Et oblita es legis di tui · Quę phiba deos alienos adorare · obliuis
car filiorū tuorū & ego · Tradens eos etiā captiuitati · Nec mise
rebor eorū ut olī misertus sū patrū illorū in deserto · Quem enim ig
rat ignorabitur · Haec omnia possunt & ad hereticos referri · qui reli
querunt domū dī · & hierusalē · id est xpm̄ & ecclam̄ · Et ideo eterna nocte
eo operti conticescunt a di laudib; Sic scriptū ē · In inferno quis con
fitebitur tibi · & hoc ppterea qd n̄ habuerunt scientiā dī · id est xpm̄
uitae tam fidem ei crederent · Unde & merito a dnō repelluntur ne sa
cerdotio fungantur ei · Sacerdotio ei quia & plerumq; tales inmatura
morte ab hac uita subtracti ȩternalit pereunt · ne ut ipsi indigne ·
corpus et sanguinē attrectantes aliis sint offendiculū · t mala sua
doctrina causā perditionis multis diuiniuendo existant · Quorū etiā
filii a dō obliuisci dicuntur · id est hi qui ab illorū puersa doctrina gene
rati sunt · quia simul cū patrib; ppter ea dampnationi tradentur ·
SECUNDUM MULTITUDINEM EORUM SIC PECCAUERUNT MIHI · Id est quot ho
mines habuit isrl · tot aras instruxit demonib; in quorū uictimis
peccauerunt mihi · GLAM EORUM IN IGNOMINIAM MUTABO · Gła eorū
appellat idolū in quo głabantur · & in cuius ueneratione lętabantur ·
qd tunc in ignominiā comutatū ē · quando p ipso scelere simul
cū ipso ducti sunt in captiuitatē · PECCATA POPULI MEI COMEDENT
Dupliciter hec sententia intellegenda ē · Peccata populi sacerdo
tes comedunt · id est sacrificia p peccatis hominū oblata · Ea quip
pe · t quę tc offerebant · t nc in templo dnī offeruntur in usus

transeunt sacerdotū. Unde & in canonib; dr̄. ut laici dec̄ secratis ṅ comedant.
Sed et illi qui elemosinas alioꝝ comedunt. nisi digne ꝑ exorauerint.
iudeis similes sꝰ. Qui uero digne ꝑ exorant. operib; manuū suarū
uiuunt. Sic peccata populi sacerdotes comedunt. q cū male agentib;
adulantur. eoꝝ peccata sibi assumunt. Qui enī alterius peccatis con
sentiunt. participes eorundē peccaminū fiunt. qm̄ cū eos peccare ꝓspexerīt
ṅ solū ṅ arguunt. sed laudib; peccantes extollunt. Unde subditur.
ET AD INIQUITATĒ EORŪ SUBLEUAB(ant) ANIMAS EORŪ. Dū illi pec
catis deseruirent. sacerdotes subleuabant animas eoꝝ dicēs. qm̄ populus
dī estis. ex genere habrahā descendistis. propt̄ illius amiciciā parcet uobis
dš si peccaueritis ei. Quoꝝ uerbis accipientes illi fiduciā. audacter peccabant
erecti in sup̄biā. Uel etiā falsa adulatione peccantes decipiebant dicent̄.
Dimissa sunt uobis peccata uā. Sicq; animas eoꝝ subleuabant. qm̄ illoꝝ
uerbis plus q̄ suę consciencię credentes. cū peccatores eēnt iustos se
existimabant; unde ē; Popule meus qui beatū te dicunt. ipsi te decipi
unt. ET ERIT SICUT POPULUS SIC SACERDOS. Id ē. q equaliter peccant. equa
liter indignantis dī sententiā sustinebunt. Sacerdotes autē isti. quib; eque
ut populo mala euentura a dn̄o ꝑdicuntur. ṅ erant de tribu leui sed ex qua cūq;
tribu uenientes implebant manū suā auro t argento. dantes munera regib;
x. tribuū fiebant sacerdotes inter plis idoloꝝ. Sed & sacerdos. & p̄latus
quilibet qui mala alioꝝ sibi assumit eis adolando. equalis efficitur
ideoq; cū eis dāpnabitur. ET UISITABO SUPER EU. Id ē. sacerdotē. UIAS EIUS.
Omnia uidelicet eī opa praua. Quia uisitabo hic ꝑ afflictione ponitur & tor
mento. ET COGITATIONES EIUS REDDĀ EI. Quia ṅ solū ꝓ malis operibus
uerū etiā ꝓ cogitationib; pessimis quib; ut talia facerent tractauerunt.
poenas luent. De hereticis facilis intellegentia ē. qđ quanto plures
fuer̄ tanto magis delinquant dō. & iuxta suū numerū multiplicant
uaria erroꝝ dogmata. Quoꝝ glā. id ē. sapientię & xp̄ianitatis digni
tas in ignominiā comutatur. qđ ꝓ preteritis peccatis iusto dī iudi
cio in errores uarios labi ꝑmittuntur. ꝑ q̄b; demū æternis suppliciis
tradantur. de qb; dic apls. Tradidit illos dš in reprobū sensū. ut faciant.

quod non conuenit. Qui peccata populi comedunt. quo eis placentia loquuntur. et per dulces sermones decipiunt corda audientium. et deuorant domos uiduarum. Cum enim uiderint aliquos delinquentes aiunt. Nihil aliud querit deus nisi fidei ueritatem. Qua si custodieritis non curat quid agatis. Male intellegentes illud domini cum. Qui crediderit et baptizatus fuerit. saluus erit. Dumque hec dicunt. iniquitatibus eorum subleuabunt animas eorum ut non solum non agant penitentiam. nec humilientur. sed etiam gaudeant in sceleribus suis. et erecta gradiantur ceruice. Unde et populus et sacerdos. id est hi qui docti sunt et hi qui docuerunt pari iudicio constringentur. cum non modo pro factis uerum etiam pro cogitationibus malis debite poene illis reddite fuerint. ET COMEDENT. ET NON SATURABUNTUR. Id est mala opera exercebunt et non implebuntur. quia luxuriosi et auari. numquam malicia sua satiantur. E contrario autem beati qui esuriunt et siciunt iusticiam. quoniam ipsi saturabuntur. Illi scilicet de quibus propheta dicit Edent pauperes et saturabuntur. Sicut enim iustitia saturat. sic iniquitas substanciam non habens uana comedentes fraude ludit. et uteros deuorantium uacuos derelinquit. FORNICATI SUNT ET NON CESSAUERUNT. Subaudit fornicari. quia uires pueri eorum hominum in fornicatione deficiunt. et fornicandi desiderium non quiescit. Et quia non audierunt. peccasti. quiesce. audient in die iudicii. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Fornicati sunt autem a x tribus cum idolis ieroboam filii nabath. et non cessauerunt postea colere idola. et hoc quare?

QUONIAM DERELIQUERUNT DOMINUM. Non custodiendo illum. Subaudit idola coluerunt. ideo quia dereliquerunt dominum deum suum. non ualentes duobus dominis seruire simul. et hoc non in custodiendo subaudit mandata illius quibus iusserat. Dominum deum tuum adorabis. et illi soli seruies. Fornicatio et uinum et ebrietas aufert cor; Id est sensum et intellectum hominis subuertit. Et est sensus. Sicut uinum. et hebrietas. qui nimium biberit. mentis suae impotem facit. ita fornicatio siue corporalis siue spiritalis peruertit sensum. animumque debilitat. et de racionali homine brutum efficit animal. ut lupanaria

et libidini lustra sectetur · ligna que et lapides deos putat · ado
rans opera manuum suarum · l opus est ms · subaudi quondam · IN LIG
NO SUO INTERROGAUIT · ET BACULUS ANNUNCIAUIT EI · Genus
erat diuinationis · quod fiebat in ligno et baculis · quo futurarum
rerum captabantur auguria · Unde in ezechiele legitur · quod
rex gentis nabuchodonosor contra amon et hierusalem steterit
in biuio · ubi inter ceteras diuinationes commiscuerit sagittas
et inter ceteras exierit una contra hierusalem · Forte similiter fecerunt
isti · querentes quid eis esset utilius utrum dm̄ an idola colerent ·
Et quia adeo putrisi erant · ut relicta ueritate mendacium sequerentur
iusto iudicio relicti a deo · per responsionem baculi seducti sunt a diabolo ·
Unde sequitur · SPIRITUS FORNICATIONUM DECEPIT EOS · Id est recesse
runt a deo suo · Spiritus enim fornicationum diabolus intellegitur · qui suadet
hominibus ut a deo recedant · et se in simulacris ligneis et lapi
deis ueneretur · Principium quippe huius fornicationis · idolorum
formatio · Sed et heretici quibus hec congruere possunt · nunquam
suis saciantur erroribus nec cessant a fornicationis turpitudine
in mundicia carnis operantes · et non custodientes legem · ceterasque
scripturas · domini derelinquunt · insaniunt · et inebriantur · et perdito
mentis uigore adorant idola · que de suo corde finxerunt · for
nicationisque spm possident · Super capita montium sacrifica
bant · et super colles incendebant thimiama · Filii israhel sequendo
uoluptates suas · et desideria carnis · deo relicto · spretoque eius
templo in montibus et in collibus sacrificabant idolis · eisque thimiama
id est incensum suauitatis offerebant · Ibique propter amenitatem locorum
comedebant · bibebant · dormiebant · et luxuriabantur · eademque
loca excelsa uocabant · Ideo autem ista faciebant · quia excel
sum dnm non habebant · De quibus excelsis legimus in actibus regum ·
Uerumtamen excelsa non abstulit · Adhuc enim populus immola
bat · et sacrificabat in excelsis · Uel certe in excelsis hec
fecisse dicuntur · qui in solariis domorum suorum adorabant ·

et hoc ex consuetudine ut reor serpentis in stipite eleuati ·
SUB TUS QUERCUM · ET POPULUM · ET TEREBINTHUM · Subaudi · sacrifi
cabant · QUIA BONA ERAT UMBRA EIUS · Ueritatem in deo
perdiderant · et idcirco hoc faciebant · Preceperat quippe dominus in lege ·
ne sacrificaretur nisi in loco quem elegisset · Sed illi propter uolup
tates suas ut superius dictum est · in delectabilibus lucorum et montium
locis sacrificabant idolis · sub umbra arborum altaria facientes ·
quarum amenitate allecti inmunditiam suae exercebant carnis ·
Unde dominus prohibuerat plantari nemus · iuxta altare suum · IDEO FOR
NICABUNTUR FILIAE UESTRAE · subaudi cum alienigenis · ut et iam dominum
relinquentes · idola colant · ET SPONSAE UESTRAE ADULTERAE ERUNT ·
Hoc est thorum proprium relinquentes · alienis se coniungent · Non ui
sitabo super filias uestras · cum fuerint fornicatae · et super sponsas uestras
cum adulterauerint · Fornicatus fuerat israhel recedens a domino
deo suo · Ideo fornicabantur filiae eius et sponsae et absque
ulla uindicta · suo sceleri relinquuntur · ut ex proprio dolore intelle
gerent dolorem dei · qui in tantum iratus est · ut nequaquam percutiat de
linquentes · Non inquit uisitabo super filias uestras cum fuerint
fornicatae · et super sponsas uestras cum adulterauerint · Hoc est non
puniam illas pro sua fornicatione et adulterio · sed libere uoluptatibus
suis seruire permittam · ut uidelicet ex uiri iniuria meam cognoscatis ·
Nec malum illarum uindicabo · nisi in ultimam captiuitatem ·
QUIA IPSI CUM MERETRICIBUS CONUERSABANTUR · ET CUM EFFEMI
NATIS SACRIFICABANT · Reddit causam quare se dicat non uin
dicaturum iniquitates filiarum atque uxorum populi israhel · Tantus
quippe fuit numerus filiorum israhel ut esset ultio desperantis emendationem ·
Cum meretricibus inquit conuersabantur · et cum effeminatis sacri
ficabant · Et cum mulieribus et cum uiris turpitudinem exercebant
uitae plus deorum suorum · ET POPULUS · sub domino · uel peccatum suum · UAPU
LABIT · Id est per captiuitatem · plagis uerberibusque attritus ·
Si super hereticos ista uoluerimus intellegere · filiae · uel

sponse illorum intellegantur animae quas in errore genuerunt . et suis dogmatibus desponsarunt. Isti iusmodi indigni sunt correctione dei . quoniam omnis eorum cultus fornicatio est . et turpes turpibus commiscentur . et propterea uapulabunt . ut aliquando per plagas quaerant quem reliquerunt dominum. SI FORNICARIS INQUIT ISRAHEL . NON DERELINQUAT SALTEM IUDA. Israhel in hoc loco sicut sepe dictum est decem tribus sunt. Iudas autem beniamin . et sacerdotalem id est leuiticam cum eadem tribu coniunctas. Quam tribum nunc hortatur propheticus sermo . ne dominum deserat per culturam idolorum . sicut fecerat israhel . id est x . tribus adorando idola . quae fecerat eis hieroboam . filius nabath . Si fornicaris inquit tu israhel quae cum meretricibus te miscuisti . ita ut quicumque implerent manum suam et regis munera dando fieret idolorum sacerdos . Saltem tu iuda qui possides hierusalem . et habes ex lege sacerdotes et leuitas aeternum plurimum cum legalibus caerimoniis . noli derelinquere ut eum imiteris idola colendo . ET NOLITE INGREDI IN GALGALA . Galgala locus est ubi filii israhel transito iordane primum castra metati sunt ; Ibique secunda circumcisione accepta purgabant ibi idola a quorum ueneratione nunc tribus iuda prohibetur cum ei dicitur . Nolite ascendere in galgala . sub ut ibi deos adoretis sicut faciunt israhelitae . id est x . tribus ; ET NE ASCENDATIS IN BETHAUEN . Bethauen ipsa est bethel . quae prius dicta est bethel . hoc est domus dei . Sed postquam idolorum cultus in ea exortus est et uituli ibi a hieroboam positi sunt . appellata est domus inutilis et domus idoli . Unde et lxx . pro bethauen . domoon . id est domum inutilium ponunt . quia in deliciis ibi unus ex uitulis aureis positus fuerat a hieroboam . Nolite inquit ascendere in bethauen . ut ibi immoletis quia iam non est ibi domus dei . sed domus idolorum . NEQUE IURAVERITIS . VIVIT DOMINUS . Prohibentur iurare in nomine domini qui cultores idolorum extiterant . et laudibus daemonum os pollutum habebant . Non est enim speciosa laus in ore peccatoris . Nam prohibuerat dominus in lege ne iurarent iudaei per nomina idolorum et alienorum per nomen suum iurare concedens . Unusquisque enim eum per quem iurat . aut amat aut ueneratur . Unde ne idola diligerent aut uenerarentur . prohibiti sunt per nomina deorum iurare . ne forte eorum facta mentione illicerentur

ad amorē & culturā eorum sed habentes nomen dī semper ore illum
colerent & adorarent. Verū quia ipsi in deū iā relicto dō colebant
idola prohibentur iurare uiuit dns. Quod iuramentū apud illos erat. sic
helias. Viuit dns in cuius ē conspectu sto. Et sepissime legimus eos hoc
usos fuisse iuramento. Neq; inquit iuraueritis uiuit dns. Ac si diceret.
Nolo p os uestrū mei fieri mentionē qđ idolorum pollutū ē ueneratione.
QUIA SICUT VACCA LASCIUIENS DECLINAUIT ISRL. Vacca lasciuiens appel
latur superba propter nimiā crassitudinē quae & iugū suscipere detractant.
& oestro stimulata tramitē recti deserit sulci. Sic isrl hoc ē x. trib;
iugū legis deceruice sua excussit. & doemoniaca spiritu incitata
arripuit uoluptates suas sequendo de qua dns dic. Lata uia est quę
ducit ad perditionē. Nunc pascet eos dns quasi agnū in latitudinē. Hic
uox prophetę est de eodē populo. Et quia coeperat loqui de uacca lasciuiente.
seruat metaphorā in reliquis. Dū in latitudine camporum dnī dic pasturū
israhelitas quasi agnū. Nunc inquit. hoc ē in psenti tempr. dū spiritus
hos regit artus. me scilicet uiuente pascet eos dns in latitudine quasi
agnum. id ē ducentur ab assiriis in captiuitatē. & ibi in captiuitate la
titudinis terrae dispgentur. ibiq; multo tēpore morabuntur.
Allegorice israhelis nomine heretici appellantur. Iudas autē uir
quilibet ecclesiasticus dnī confitens. quib; dr. Si fornicaris tu isrl
hoc ē si tu o heretice a dō recedis pfalsā doctrinā. nō delinquat iudas
hoc ē uir ecclesiasticus non sequatur dogmata tuę puersitatis.
Et ne ingrediatur in galgala. hoc ē in conciliabula hereticorum ubi
peccata omniū reuelantur. & instar porcorum uoluntantur in ceno uiciorum.
Galgal. enī. reuelatio intpretatur. siue uolutabrū. Nec ascendat in
bethauen. hoc ē ad arrogantes falsorum dogmatū fictiones. qui nō ē
ibi domus dī. sed domus idolorū. Prohibentur etiā huiusmodi
delictis maculati iurare in nomine dnī. Cuius maiestatē mala de eo
sentientes polluunt. Quia sic uacca lasciuiens asilo percussa. arden
tib; diaboli sagittis percussi sunt. & legis noticiā reliquer. Ideoq;
pascentur in lata et spaciosa uia quae ducit ad mortem.

Participes idoloꝝ effecti effraim. Effraim in hoc loco appellant(ur)
decē trib; post separatione adomo dauid. ad hieroboā. qui de
tribu fuit beniamin. Cui iacob benedictionē regni dede
rat regni. Inter duū appellantur et ioseph nomine. ppterea qđ
ioseph pater fuit effraim. Effraim itaq; hoc ē x. tribus
participes fuerunt idoloꝝ quia similes eis fuerunt. quos manib;
b; operantes ut deos uenerabantur. Sic enim psalmista ait.
Similes illis fiant qui faciunt ea. DIMITTE EU. O iuda sub
Id ē: ne seruas uerba pphetae. et ne sequaris impietatē isrl. qui
idolorū particeps et amicus est. cuius cultus religio et cib; atq;
conuiuio separatus ē. Unde sequitur. SEPARATU EST
CONUIUIUM EOꝝ. Id ē sacrificiū illoꝝ se iunctū ē. Quia
tu omnipotenti dō offers. illi autē demonibus. FORNICATIONE
FORNICATI SUNT. Repeticio sermonis confirmatio ē. Quod
tale ē ac si diceret. Cottidie fornicantur et diligunt fornica
tionē suā. semp qi fornicaciones fornicacionib; augent.
Primo quippe idolū adorauerunt. quē fecerat eis hieroboā
filius nabath. deinde omniū gentium deos. DILEXERUNT AF
FERRE IGNOMINIĀ PTECTORES EIUS. Protectores isrt
helitici populi appellantur. hieroboā et ceteri reges. qui illos
et erudire in uia iusticiae et ab hostib; defendere debuerant.
Isti dilexerunt afferre ignominiā hoc ē idolatriā. quorū actu in
felix populus cultū suscepit idoloꝝ. Qui q; debuerant ductores
existere eis in uiā salutis. facti sunt duces erroris et aeternę per
dicionis. LIGAUIT EŪ SPS IN ALIS SUIS. Spiritus et uent(us)
uno uerbo apud hebreos exprimitur. qđ ē rua. Sps autē hic
doemones significat. Qui ligauerunt eos. haud dubiū. quin et
reges et populū sibi subiectū. ligauerunt malis suis. hoc ē in um
bracionib; eorū. ut mentis paterentur cecitatē. ne quo uellent li
bere potuissent incedere. Ligauit nē per illorū ipse sps. quando
sibi coniunxit. et ita uinxit. ut non dm̄ iā colerent. sed illū iā insimu

lacris adorare. Et confundentur a sacrificiis suis. Hoc est cum
fuerint deprehensi ab hostibus confundentur et erubescent cog
noscentes hanc sibi inlatam poenam propter sacrificia quae idolis prius
immolarunt. Altiori sensu hoc etiam ad hereticos refertur qui partici
pes fuerunt idolorum quando sua varia colunt dogmata. Ideoque hor-
tatur propheta virum ecclesiasticum ut dimittat et contemnat eorum vesa
niam. omnemque illorum spernat societatem quia sacrificium ipsorum a sacrifi
ciis fidelium est divisum. dum non recte celebrant misteria corporis
et sanguinis christi. Atque idcirco fornicantur. varios sequendo er
rores et inmunditiae carnis serviendo. Dilexeruntque afferre igno
miniam. hoc est vanas et superfluas tradiciones auditoribus suis gau
gaudent proferre. Quos spiritus id est diabolus ligat ne stabili pede
in accepta permaneant. Sed hac et illac omni vento doctrinae circum
ferantur. Qui vere in suis sacrificiis confunduntur quia
panis eorum. hoc est remuneratio pro poenis ius erit luctus. AUDITE
HOC SACERDOTES. Et adtendite domus israel. et domus regis
auscultate. quia iudicium vobis est. Quoniam laqueus facti estis
speculatione et rete expansum super thabor. Sacerdotes X tri
buum alloquitur. et vocat reges eorum ad iudicium. Non quo sint sacer
dotes de tribu levi. sed qui sacerdotes vocentur a populo. Sed et israel
id est populus vocatur ad iudicium. Nullusque excipitur. ut et sacerdotes
et populus. ac reges qui seduxerunt populum et constituerunt illi
tales sacerdotes simul audiant. quid fecerint. et cur in inimicis tra
dantur. Audite hoc omnes et auscultate. id est corporis aure per
cipite et mentis intellectu retinete. quia vobis iudicium est
id est dapnatio imminet merito vestrae iniquitatis. Quoniam laque
us facti estis captivitatis et interfectionis. Ego quidem posui
vos speculatores et principes in populo ut eum regeretis errantem.
Vos autem facti estis laqueus. Ideoque iam non speculatores et prin
cipes sed venatores estis appellati. Et sicut super montem thabor
rete expanditur ut aves capiantur. Ita vestra doctrina et

exẽplo captiuis populũ et ad mortẽ duxistis. Thabor autẽ mons
est situs in cãpestrib; galileae rotundus. atq; sublimis. et ex omni parte
equaliter finitur. De quo in psalmo canitur. Thabur et hermon
in nomine tuo exultabunt. ET VICTIMAS DECLINASTIS IN PROFUN
DUM. Victimę in pfundũ declinant[ur] quae demonib; offerebantur.
Populus duarũ tribuum uictimas quas dõ omnipotenti offerebat superi
us id: ad caelos ascendere faciebat. Isti uero qm̃ idolis sua immolabat
sacrificia descendere illa faciebat in pfundũ. hoc ẽ in inferni. Mo
raliter uictimae dñi sunt laudes credentiũ. penitentia peccatorum. lacri
mae orationũ. de quib; scriptũ ẽ. Sacrificiũ dõ sp̃s contribulatus. Sed
sunt nonnulli qui post lacrimas et poenitentiã peccatorum ad iã perpetrata
redeunt peccata. Horum uerũ poenitentiã quã de pristinis peccatis exercu
erant. in pfundũ declinant. quia peiores efficiuntur. De qualib; scrip
tũ ẽ. Canis reuersus ad uomitũ suũ; Iuxta misticos quoq; sensus. sac
dotes et principes hereticos intellegunt[ur]. Populi autẽ discipli et subiec
ti eorum. Increpantur et principes et ad iudiciũ deducunt[ur] dãpnationis
q[uia] qui debuerunt ẽẽ doctores populorum coeperunt p prauã doctrinã in
duxeruntq; illos in errore. Idẽ quoq; heretici expandunt rete sup thabor
qui int̃p̃tatur ueniens lumen. q[uo]d to suas maecclã tendunt insidias p q[u]ae.
dogmata peruersa aues id: animas ad caelestia uolantes capiunt.
Victimas etiã declinant in pfundũ. q[uia] suadent hominib; immolare demo
nib; dũ eos assectando errores suos ptrahunt. ut ñ resipiscant aliquando
animalis. et se erigant ad caelestia contuenda. ET EGO ERUDITOR EORUM
Ne desp[er]arent populi et magistri eorum hoc ẽ principes et sacerdotes redire
se posse ad ueniã. misericorditer se dñs eruditorẽ omniũ eorum fore pnunciat
dicens. Et ego eruditor omniũ eorum. Ac si diceret. Si poenitentiã agere
uoluerint. et dñs quos hactenus coluerunt seruire cessauerint nec de
sperent. q[uia] ego eruditor illorũ docebo eos q[uo]d agere debeant. q[uia] emenda
re ñ punire cupio. et saluare ñ pdere quero. EGO EFFRAIM SCIO ET ISRL
NON EST ABSCONDITUS A ME. Nomine effraim comp̃hendit hieroboã
filiũ nabath. et omnes ex eadẽ tribu reges. Ego et iã condidi populos

regibus subiectos. Quia ergo mea sunt creatura et omnia eorum intueor
opera, non desperent sed poenitentiam agant et suscipiam eos. Quia nunc
FORNICATUS EST EFFRAIM. Hoc est reges eorum in principio scismatis tempore a dei
cultu recedens fornicari coeperunt vitulos aureos adorando. ET ISRAHEL
CONTAMINATUS EST. Quia fornicante rege populus est secutus
pareque impietatem pari studio compleverunt. ubi a superioribus iungendum
et hoc scio ego. Non dabunt cogitationes suas ut convertantur ad
dominum suum. quia spiritus fornicationum in medio eorum et dominum non cognoverunt. Licet
eruditorem se eorum dominus misericorditer superius dixerit tamen intentio
nem cordis illorum cognoscens subiungit. Non dabunt cogitationes
suas ut convertantur ad dominum suum. ut scilicet poenitentiam agant de malis
cogitationibus ne perficiant opus malum quod cogitaverunt. Et reddit causam
inquiens. quia spiritus fornicationum id est diabolus in medio eorum. Et dominum non
cognoverunt id est non intellexerunt ut eum colerent et digna veneratione
adorarent. Quia ergo diabolus in eorum cordibus inhabitat. ipse eos ex
caecaverat ne ad verum lumen possent redire ut dominum cognoscerent. id est in
tellegerent eum solum esse colendum. Sic enim dicitur de filiis heli. Porro filii
heli filii belial non cognoscebant dominum. Principes quoque dogmatum per
versorum id est hereticos et populum subiectum sibi dicit. quia omnia eorum opera
et ipsas cogitationes occultas considerat nihilque est apud illos quod eum
possit latere. et quia propter pravam eorum doctrinam subiecti quoque ipsorum contaminati sunt.
non dabunt suas cogitationes ut penitentiam agant et ad dominum revertantur quia spiritu
fornicationis seducti sunt. qui in medio illorum versatur ideoque dominum non cognoscunt.
Et respondebit arrogantia israhel in faciem eius. Arrogantia id est superbia israhel
fuit qua tumens contra dominum cultum eius despexit. et in creaturis iniuriam
idola venerata est; Haec arrogantia eius respondebit in faciem eius. quando meri
to iniquitatis propter idolorum culturam. tradetur captivitati ne habeatur inpunitus.
sed humilietur ab hostibus eius contumatia. Et israhel et ephraim ruent in iniquita
te sua. Hoc est et populus subiectus et reges qui eos ad idolorum inclinaverunt
culturam pariter corruent. et infirmabuntur. ut qui fortes erant in scelere.
infirmi redire cogantur ad dominum scilicet. Ruet etiam iudas cum eis. In his verbis

ostendit quod et tribus iudaica tunc idola colebat · Non ergo his solum inquit euenit
et isrl et ephraim · id est x · tribubus et regibus earum ut ducantur in captiuitatem ·
uerum etiam iudas id est duę tribus quę regnabant in hierusalem sequentes captiuorum uestigia
ut quorum imitati sunt scelera patiantur et poenam · Sed et hereticis sua arrogan
tia in faciem respondet · quando per superbiam qua semper se scire altiora iactant ·
et magistri et discipuli simul corruent · Iudas quoque id est uir ecclesiastica ·
doctrina institutus · qui corpore quidem non mente in ecclesia manet et eandem
cum hereticis habet in errore scientiam · frustraque nomen ecclesiae se cum confitetur
ipse quoque cum hereticis puniendus est · In gregibus suis et in armentis suis
uadent ad querendum dominum et non inuenient · Hoc tam de decem tribu
bus quam de duabus accipi potest · Et est sensus; cum percussi fuerint ab hosti
bus isrl et ephraim et iudas · tunc sera penitentia tacti · uadent ad quae
rendum dominum in suis oblationibus gestientes eum muneribus placare quem
prius offenderant preuaricationibus · Sed non inuenient eum qui recedentibus
eis a cultu diuino ipse quoque ab illis recessit · Unde et subditur · Abla
tus est ab eis · Non ergo praesentem eum sentient adiutorem · nec suis eum
poterunt placare muneribus · praesertim cum dicat psalmista · Non sus
cipiam de domo tua uitulos; et nunquid manducabo carnes taurorum ·
et cetera · In domino preuaricati sunt · Tunc scilicet quando pro deo idola uenerati
sunt · Quia filios alienos genuerunt; hoc est iuncti idolis non deo sed de
monibus filios genuerunt · Alieni quippe filii accipiuntur qui in idolorum
sunt errore generati · siue quos per ignem ducentes idolis consecrarunt ·
Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis · Quia inquid hoc fecerunt ·
non multo post tempore · sed in praesentiarum · aduenientes hostes assirii uide
licet atque caldei et deuorabunt eos cum suis partibus · hoc est cum suis
possessionibus quas sorte et funiculo acceperunt · Unde et lxx ·
transtulerunt deuorabit eos rubigo cum deris suis · Et est sensus · Per
singulos menses hostis adueniet et cuncta quae ad eos pertinent uastabit
ipsosque partim interficiet partim in captiuitatem ducet · Quod
qualiter factum sit istoria libri regum et paralipomenon demons
trat · quod eundem populum non semel nec bis sed pluribus uicibus

captiuatum refert · Sed & heretici · suspicantur · quod in multitudine
sacrificiorum suorum placent domino · & iudas · id est aecclesiastici · qui facien
do elemosinas peccata sua redimant · in quibus permanent · cum omne
sacrificium praeterita · non praesentia scelera delere soleat · Et utique tales dominum
non inueniunt · quia aufertur · & procul recedit ab eis · Preuaricantur autem ·
quando dei neglegunt praecepta · & alios generant per opera filios diabolica ·
Ideoque cottidie et singillatim damnantur cum suis partibus · hoc est cum malis
quae egerunt operibus · ad interitum properant aeternae damnationis · Clangi
te bucina in gabaa · tuba in rama · ululate in bethauen · Bucina
ex cornu animantis recuruo fit · Tuba autem ex aere fit · et argento · in lege
fieri praecipitur · concrepatque in bellis · & in sollempnitatibus · Gabaa · & ra
ma ciuitates sunt in tribu beniamin sibi uicine · Haec est gabaa
in qua natus est saul · Rama autem ipsa est quam rex israhel conatus est occu
pare · sicut in regum legitur · ut clauderet exitum & introitum · tribui iude
& beniamin · Porro bethauen · in tribu est ephraim quae ante uocata
est bethel · Quia igitur praemiserat superius decem ac duarum tribuum
captiuitatem dicens · Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis ·
Hortatur eos quasi iam instante uicina captiuitate ut resonent buci
nis & tubis · cohortantes se inuicem in commune luctum · Et est sensus ·
Nolite uestram captiuitatem · humili uoce deflere · Sed bucinis con
crepate · & tubis ut omnes audiant qui in circuitu sunt · Cui sen
sui bene congruit quod gabaa collis · rama excelsa interpretatur ·
Dicitur ergo eis · Clangite bucina in gabaa tuba in rama · Id est
ascendite in colles & montes · excelsaque uoce deflete imminentem
uobis captiuitatem · Ululate & iam in bethauen · ubi est unus ex ui
tulis aureis · pro quorum ueneratione · modo captiui tradentur
habitatores eius · Et pulchre addidit · Post tergum tuum beniamin ·
Ubi enim tribus finitur beniamin · non procul est haec ciuitas condita
in tribu ephraim in posteriori scilicet parte ipsius beniamin ·
Ephraim in desolatione erit in die correctionis · In hoc loco ephra
im nomine · tam reges de stirpe eius procedentes · quam & iam ipse · x ·

tribuum posteris comprehenditur. Diem correptionis appellat tempus quo
traditi sunt hostibus propter peccata sua. Ut qui noluerant deo ser
uire in prosperitate. correptionem sustinerent hostium uariis afflicti
miseriis. Quia uidelicet die factis in desolatione et reges.
et subiecti illorum quando quibusdam interfectis. ceteris autem in captiui
tatem adductis. terra eorum a suis cultoribus uacua remansit. In
tribubus israhel ostendi fidem. LXX. dixerunt. In tribubus israhel ostendi fide
lia. Et ponitur ibi preteritum tempus pro futuro. Ostendi pro ostendam.
Ac si diceret. Cum uenerint ea que prius locutus sum in prophetis. osten
dam fidem. id est fidelia uerba mea manifestabo et uera. quia quic
quid de eorum locutus sum perditione. complebitur opere. Sed et heretici in
gabaa. et in rama. id est in tumore superbe scientiae morantur. dum ex
celsam se putant habere sapientiam. ibique idola colunt id est falsa dog
mata que de suo corde finxerunt uenerantur. Quapropter precipitur
eis. ut ni silentio malum suum tegant. sed publice cunctis manifestent.
Et iubentur ululare in bethauen. que domus inutilis sonat. hoc est
in suis cordibus. que prius precepta fidei erant bethel. id est domus dei. Sed iam
per diuersos errores inutilia facta sunt. Quibus bene congruit. quod
bethauen post tergum beniamin fuisse memoratur. Beniamin quippe
interpretatur dextere. et significat sanctos ad dexteram id est ad celestis regni prospe
ritatem uenturos. qui gaudia eterna omnia presentis uite commoda post
dorsum habent. que cuncta postponunt transeuntia. dicentes cum apostolo.
Unum est quod retro obliuiscens. et in anteriora nos extentes sequimur ad
brauium superne uocationis. Heretici uero post tergum beniamin sunt
quia illa que in presenti sunt uita. et sancti et ipsos despectui habent.
desiderabiliter appetunt et delectabiliter secuntur. totam spem suam in transi
toriis rebus positam habentes. et qui prius uidebantur esse ephraim. id est
uberes. Cum aduenerit dies correptionis. id est iudicii. erunt in desolatione
quando expoliati omnibus bonis quibus pollere uidebantur. Nudi et uacui
igni tradentur inextinguibili. Tunc etiam dominus in damnatione illorum
fidem ostendet. et uerba sua fidelia et uera demonstrabit.

Cu hoc qd de illoru interitu ante pdixerat ope coplebit · Qd n so
lu ad her& eos sed ad omis generalit repbos potest n in conuenient
referri · Facti sunt principes iuda quasi as sumentes terminu
qui flere debuerant · & suu populu cohortari ut recederent ab idola
tria ne & ipsi similia sustinerent · coeper gaudere qd pater& sibi tra
eo ad possidendu latius · & facti sunt quasi assumentes tminos
isrstatic transeuntes fines suos & in regnis quonda eo regnu suu & pos
sessione dilatare cupientes · Qua obre subdit · Sup eos effundam
quasi aqua ira mea · Id e & super ipsos principes iuda uenient babilo
nii · & ita eos quasi aquae impetus occupabunt · p quos pfecta sup eos
captiuitate & morte habundant induca · quia n suis uirib; sed mea
hoc facient indignatione · Verbu eni effusionis · largitate & mag
nitudine rei de qua agit significat · Dicit qq; ad principes iuda
hoc e aeccte qd n debuerint exultare · & repboz pdictone sua extimare
salute · Sed potius plangere qd illi perierint memores sue conditionis ·
Unde & aptls ammon& uiros aecclesiasticos ne sup fractione iudaicoz glo
rientiamoru sed magis timeant ne & ipsi time ant frangant · Sed qu
de interitu quida gaudent repboru & idcirco stare se putant sicalu corru
ant · effundit sup eos dns quasi aqua ira sua · q plerumq; du alii de aliorum
lapsu sulerant ipsi in eade incidunt mala · p q b; aliis insultabant · ac p hoc
ira di incurrunt · Transferunt & ia iuda principes tminos quos posuer
patres eoz quando inmutant mendacio ueritate & aliud predicant
qua ab aptis acceper · Calumnia paciens ephraim fractus iudicio ·
Popl israheliticus adhuc in duricia cordis pseuerans · dicebat effractu in
dicio & iniq; opp ssum ab hostib; dicens · Q in nos ex genere habraa amici
di descendimus peiorib; nobis hoc ÷ incircucisis & idolatris penitusq;
a di cultu alienis tradi n debuimi · Calumnia quippe appellat afflictione
ab hostib; ei inlata qua cu sustiner& · fractu se dicebat iudicio hoc e
iniuste & sine aliqua culpa fatebat se dapnatu · Quaobre ut n
sine causa cognoscat se hoc sustinere subdit · Q in coep abire

post sordes. Ac si diceret. Non ideo traditi sunt chaldeis quia iustio
res fuerint qui eos oppresserunt. sed quia iudei quondam populus meus me deseru
erunt et coeperunt abire post sordes. hoc est post idola unde sordibus et
inmundicius comparantur. Ideoque iustam inferet sententiam. ostendens eos
ideirco calumniam sustinere et tradi peioribus quia coeperunt ephraim. hoc est
ieroboam abire post idola et dominum derelinquere. Ipse hauros fabri
cauit uitulos quos postea populus adorauit. Et de hereticis manifestus est
sensus quod sophismatibus suis et arte dialectica oppresserunt ecclesiam. Sed cum
hoc fecerint non mundicia uere fidei sed sordes sequantur mendacii. Qui cum
se dampnatos uiderint cum diabolo et angelis eius. uidentur sibi calumniam pa
ti et in se fractam esse iudicium ueritatis. Sic et de omnibus rebus sentiendum
est. Et ego quasi tinea ephraim et quasi putredo domui iuda.
Tinea comedit uestimentum. Putredo autem uel caries ligna consumit.
Estque in his uerbis sensus. Sicut tinea consumit uestimentum et putre
do uel caries ligni quod utrumque per spacium fit temporis. ita ego et prius
et post duabus tribubus longo tempore poenitentiam tribuens eosque ad sa
lutem prouocans dampnationi nullos tradam. Ubi notandum quod tinea refer
tur ad ephraim putredo autem ad domum iuda. Tinea quippe celerius
consumit uestimentum quam putredo uel caries ligni. Ac per hoc ostendi
tur prius facta x tribuum captiuitate. deinde duarum quia qui
priores fuerunt in scelere priores quoque dati sunt in captiuitatem.
Aduertendum etiam quod cum totum ephraim se tamquam tinea consumturum
prestatur de tribu iuda loquens ait. Et ero quasi putredo do
mui iuda. In quibus uerbis ostendit partem quandam se seruaturum
ex eis quae postea reuersa est ex qua xpistus originem duxit cui repromis
sio reposita erat dicente iacob. et ipse erit expectacio gentium.
Punitis autem hereticis qui intelleguntur nomine ephraim et etiam
iudas scilicet hii qui in ecclesia permanent et hereticorum uel uiciis
uel erroribus continentur. simili sententia subiacebunt. quia ne
cesse erat ut qui totum imitatur actum parem cum eis poenam susti

neant poena. Et uidit effraim languorem suum. & iudas uincu
lum suum. Et abiit effraim ad assur & misit ad regem ultorem. Intellegens
effraim hoc est x reges tribuum suum languorem id est suam infirmitatem
& iudas uinculum suum. hoc est cognoscens sibi ideo imminere capti
uitatem quia sociatus erat x tribubus in peccato. misit ad assur qui non
ad deum qui & peccati & captiuitatem soluere poterat. sed a rege assiriorum
quesiuit auxilium. Legimus in libro regum quod sub rege manaen qui
x tribubus prefuit. misit assyrus dona transmisit. ut eum a damascenis
liberaret hostibus. Iudas quoque sub rege achaz. misit mune
ra tegalt falasar. ut liberaret eum facie regis damasci. Sed licet
tunc eos saluauerint de manu hostium. ipsi postea eos debellauerunt
& facti sunt ultores iniuriarum dei. qui prius fuerant liberato
res. Unde hic subditur. Et ipse non poterit sanare uos. nec soluere
a uobis alicuius uinculum. Quia uidelicet deo aduersante nec
a se ipsis eos liberare potuerunt assyrii. nec uinculum captiuitatis
soluere. Iuxta tropologiam effraim & iudam possumus referre ad
hereticos & aecclesiasticos uiros. qui cum suum uiderint uinculum
hoc est cum se uiderint peccatis obnoxios. de quibus scriptum est. Funibus
peccatorum unusquisque constringitur. non dei querunt sed diaboli auxilium.
qui ultor est peccatorum omnium de quo scriptum est. ut destruas inimicum
& ultorem. Et quia non uerum auxiliatorem. id est medicum deprecantur
idcirco permanere coguntur in doloribus suis. & in uariis delictorum
erroribus nec poterit eos diabolus sanare. nec a uinculis peccatorum
eruere cum iusto dei iudicio una cum eo perierint. Quoniam ego
quasi leena effraim & quasi catulus leonis domui iuda.
Sensus est. Licet perrexerint ad assur. & miserint munera regi
ultori ut eos liberarent. tamen sanare non potuerunt. nec sol
uere uinculum captiuitatis eorum. Ostendam enim quod me aduer
sante uanum sit omne humanum auxilium. Ego inquit quasi leena
effraim. LXX pro leena panthere interpretati. que grece similiter dicitur &
latine. Qua bestia ut dicit beatus hieronimus. nihil est uelocius.

Ideoq; iure dns adu sui effraim. id est contra x. trib; loquens dic se
fieri ut panthere; ppt uelocem uidelicet captiuitatem qui n longo pt
iuda tpr p assyrios fact e eoru interitus. Contra aut ueluti leonem futu
ru dic qui e fortissimus bestiaru. p qd ostendit captiuitas eoru aliquan
do pt tepr futura. regnu chaldeor fortissimi. Coparat eni se dns
bestiis in eoru dapnatione. ut quicquit seuius e cognoscant meius in
dignatione. Ego capia & uada & tolla & ne qui eruat. Quia
dixerat superius futuru ueluti panthere t leone. seruat metaphora
in reliquis dicendo. Ego capia subaud p meos ministros neq; in suis uiri
b; coeperint eos chaldei t assyrii. s; ds ops ppt iniqtates eor cphendit il
los. Unde nec ipsi etia hostes. parcere irato dno eis potuer. Ego inqt
capia id est cphendi ab hostib; facia & uada cu eis. ut etia in captiuitate
positi. psentia mea in uindicte sustineant cu peccauerint. & tolla eos de
ppo solio & ne qui eruat hoc e qui a mea potestate eripiat. Nemo eni
de manu di que qua eripere ualet. nisi ipse qui tenet ppria uoluntate
excidere uoluerit. sic fec iudas pditor. Uadens reuertar ad
locu meu. donec deficiatis & queratis facie mea. Locu di. magni
ficencia & maiestate ei debem accipe siue ut hec uerba specialit
ad filiu referam. p que omis dispensatio pphetie agitur; locus eius e
ds pat. iuxta qd ipse ait. Ego in patre. & pat in me e. Uadens inqt
reuertar ad locu meu. hoc e cu traditi fueritis hostib; secur residebo
in mea maiestate. t etia in patre. nec descenda ad uos ut patiar
humanos affectus quo scilicet irascar uob aut etia misertas oblit
maloru uror. s; pmitta uos quos antea ptegeba hostib; subiacere.
nulluq; auxiliu miserationis porriga donec deficiatis & seruitute
cogente queratis facie mea penitentia ages. Hereticis etiam
& uiris ecclesiasticis peccantib; ds omps ppt magnitudine peccator
suor. cu sit clementissim uertit in seuicia ferarii. tollitq; ab eis pda
hoc e discipulos illor quos de recta rapuerant. ad recta fide redire
fac. nec e qui eruat. qt cuius cor ipse illuminauerit nemo deci pere
poterit. Duq; hec agit a conciabulis per[illegible] uer sor ab sce dit

& in ecclesia comoratur credentium· eosque despicit & aspernat donec tabescant
in suis impietatibus & deficiant in iniquitate sua· querentes presentiam illius
a quo fuerant derelicti dicentes· Illumina domine faciem tuam & salui erimus.
